

γασθαι, φησίν, εἰ μὲν ταύ-
 30τ]ὸν δεῖ λαβεῖν τῷ πε-
 ρὶ τοιούτων, ἐξ ὧν γί-
 νεται τὸ κέρδος ἐπ' ἀργυ-
 ρ[ίω] λόγ[ο]ς στρέφειν δυ-
 ναμένοις παντοδα-

XLVI πῶς, πᾶσα δ' ἐ[ξ]ουσία ἔσ[τα]ι¹,
 εἶπε μανικὸν τελε[ί]ως, etc.

Leider ist der Text noch immer nicht rein, aber es zeigt sich doch, dass gegen meine frühere Annahme weder metrische noch direkte Citate aus der Schrift des Alexinos vorliegen. Ihr Inhalt ist excerptirt, so weit es das Verständniß der daran anschliessenden Polemik des Hermarch erforderte. Die neuen Textänderungen beruhen z. Th. auf einer Nachprüfung der Originalpapyri, die ich diesen Sommer in Neapel vornehmen konnte, wobei sich nebenbei herausstellte, dass dort an Ort und Stelle noch manches für den Text gewonnen werden kann. So ergab sich z. B. zweimal die Lesung Ἀλεξίνου mit Ausnahme je eines Buchstaben. — Von besonderem Interesse ist es, dass jene Iliasstelle 10, 252, deren Schwierigkeit auch unsere Scholien hervorheben, schon zur Zeit des Alexinos ein bekannter Gegenstand grammatischer Untersuchungen in den Sophistenschulen war.

Bonn.

S. Sudhaus.

De Attali III patre.

'Attalus III, rex Pergami, Attali qui patruus eius esse vulgo et credebatur et creditur ex Stratonica Eumenis regis etiam tum uxore filius fuit'. hanc posueram sententiam sententiarum controuersarum in numero quas ante nouem fere annos Bonnae eram defensurus. argumenta ut profferrem tum nemo aduersariorum auctor fuit ob matronarum et uirginum quae aderant uerecundiam. postea in ipsa Attalorum arce, Stratonicae reginae manes non ueritus, Ricardo Bohn argumenta exposui. cui ita rem probaui ut ad restituendam propylaei Pergameni inscriptionem pertinere eam putaret². quod suo iure negauit Fraenkelius³ probauitque inscriptionum testimoniis Attalum III Eumenis filium, Attalum II Attali III patrum esse appellatum. atque hoc quidem certissimum est.

Quid ad nos igitur ea quae in Stratonicae reginae cubiculo se contulerunt fortasse anno ante Christum natum centesimo septuagesimo secundo? de Stratonicae uirtute et de Attali in fratrem aut in fratris uxorem amore tacerem. sed ad Polybiani loci interpretationem et ad Livi sermonis graeci scientiam rem spectare denuo me monuerunt ea quae nuper de Eumenis aetate dispu-

¹ Vielleicht πᾶν δ' ἐν οὐσίᾳ ἔσται, entsprechend dem Vorausgehenden.

² Alterthümer von Pergamon II p. 53.

³ Ad inscriptionem Pergamenam 149 (p. 75).

tauit Curtius Meischke in dissertatione quae inscribitur 'Symbolae ad Eumenis II Pergamenorum regis historiam' (p. 27).

Absint igitur uirgines ab ea quae sequitur disputatione, sermone latino deterritae, nisi quae in litteras nostras irruerunt, quarum pudicitiae consulere non iam possumus.

Diem obiit Eumenes II anno a. Chr. n. 159 — nam olympiadam aut urbis conditae annis te uexare nolo. ἐπίτροπον δὲ κατέστησε — ut Strabonis uerbis utar — καὶ τοῦ παιδὸς νέου τελέως ὄντος καὶ τῆς ἀρχῆς τὸν ἀδελφὸν Ἄτταλον¹. quid quod anno a. Chr. n. 152 παῖδα etiamtum Attalum fuisse testis est Polybius: παραγεγόνει γὰρ ἔτι παῖς ὢν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς Ῥώμην χάριν τοῦ τῇ τε συγκλήτῳ συσταθῆναι καὶ τὰς πατρικὰς ἀνανεώσασθαι φιλίας καὶ ξενίας². sed iuuenem potius quam puerulum eum fuisse credes, cum in senatu uerba faceret. certe iuuenculus fuit³. at ante triginta quinque fere annos Eumenes Stratoniceam in matrimonium duxerat; quod paullo post annum a. Chr. n. 188 factum esse scimus. itaque per uiginti fere annos spes liberorum Eumenem fefellit. at serior etiam Abrahamo proles data est. itaque non est cur Eumenem patris honore priuemus. accedunt alia.

Anno a. Chr. n. 167 Eumenes rex Attalum fratrem Romam miserat legatum. Attali in fratrem pietatem, in regem fidelitatem labefacere haud frustra conati sunt 'quidam Romanorum non boni auctores'. sed Stratius medicus a rege non securo missus ad fidem reuocauit Attalum. cuius argumenta his uerbis Polybius exponit⁴: ὁ δὲ (Στράτιος) παραγεγόνει εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ λαβὼν εἰς τὰς χεῖρας τὸν Ἄτταλον, πολλοὺς μὲν καὶ ποικίλους διέθετο λόγους (καὶ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἔχων τι βουεχῆς καὶ πειστικόν), μόγις δὲ καθίκετο τῆς προθέσεως καὶ μετεκάλεσε τὸν Ἄτταλον ἀπὸ τῆς ἀλόγου φορᾶς, θεις ὑπὸ τῶν ὄψιν ὅτι κατὰ μὲν τὸ παρὸν συμβασιλεύει τὰδελφῶ, τούτῳ διαφέρων ἐκείνου, τῷ μὴ διάδημα περιτίθεσθαι μηδὲ χρηματίζειν βασιλεύς, τὴν δὲ λοιπὴν ἴσῃν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχων ἐξουσίαν, εἰς δὲ τὸ μέλλον ὁμολογουμένως καταλείπεται διάδοχος τῆς ἀρχῆς, οὐ μακρὰν ταύτης τῆς ἐλπίδος ὑπαρχούσης ἄτε τοῦ βασιλέως διὰ μὲν τὴν σωματικὴν ἀσθένειαν αἰεὶ προσδοκῶντος τὴν ἐκ τοῦ βίου μετάστασιν, διὰ δὲ τὴν ἀπαιδίαν οὐδ' εἰ βουλευθεῖη δυναμένου τὴν ἀρχὴν ἄλλῳ καταλιπεῖν· οὐδέπω γὰρ ἀναδειγμένος ἐτύγχανε κατὰ φύσιν υἱὸς ὢν αὐτῷ ὁ μετὰ ταῦτα διαδεξάμενος τὴν ἀρχήν. huius loci caussa commentatiuncula nostra scribenda fuit. at plana sunt, inquires, ac perspicua uerba Polybiana, eademque rectissime interpretatus est Liuius: *necdum enim agnouerat eum qui postea regnauit*. at resperunt Livianam interpretationem omnes nisi fallor post Schweighaeuserum uiri docti probaueruntque miram illam qua Schweighaeuserus Polybium facit dicentem: *necdum enim tunc in lucem*

¹ Strab. XIII p. 624.

² Polyb. XXXIII 18, 2.

³ De Philippo rege *septemdecim* annos nato: ἔτι παῖς ὢν idem Polybius IV 2, 5.

⁴ XXX 2 = Liv. XLV 19.

*editus erat ille Eumenis filius, qui ei postea in regno successit*¹. insolentiore quadam notione, quae tamen a reliquo uerbi usu haudquaquam abhorrere uidetur, uerbum ἀναδεδειγμένος se accipere confitetur interpret. quam si forte ei concesseris, uellem interpretatus esset ea quae sequuntur uerba: κατὰ φύσιν υἱὸς ὄν, quae intellegi non potuerunt ab eis qui Schweighaeuserum secuti sunt. sed quae non intellexerunt neglexerunt. clamant uerba ueram esse ac rectam interpretationem Livianam Casaubono olim probatam: *nondum enim pro genuino eius filio declaratus erat is qui postea ei successit*. minime uero hac uersione, ut putat Schweighaeuserus, significabitur, 'iuniorum illum Attalum adulterinum Eumenis fuisse filium, ex concubina natum, quem deinde pro legitimo agnouisset declarassetque Eumenes'. neque enim — eiusdem ipsius Schweighaeuseri utar uerbis — κατὰ φύσιν υἱὸν Graeci (non magis quam *naturalem filium* Romani) ea ratione dixerunt, qua hodie uulgo *naturalem* filium pro spurio dicimus ex concubina nato: sed ὁ κατὰ φύσιν πατήρ, υἱὸς, ἀδελφός, est *genuinus, germanus pater, filius, frater*; cui nonnunquam opponitur ὁ κατὰ θέσιν id est *adoptiuus*. ergo Attalus, teste Polybio, Eumenis filius omnino non fuit. alii filios abdicarunt germanos; Eumenes agnouit filium cuius pater non fuit. miraberis hominis indulgentiam; fortasse eadem indulgentia saepius fuisse suspicaberis reges heredis cupidos. sed cum in ceteris 'paterinitatis inuestigatio interdicta' sit, in Attalo placuit casui ut non frustra quaeramus, cuius filius fuerit. de qua re pauca addam; nam mirum in modum sic ea quam commendaui loci Polybiani interpretatio confirmabitur.

Anno a. Chr. n. 172 Eumenes rex Roma profectus in itinere a Persei satellitibus Delphis ex insidiis oppressus est. uitam regis seruauit Pantaleontis Aetoli uirtus, sed saucius ad nauem delatus, tum Corinthum, inde Aeginam traiectus est. 'ibi adeo secreta eius curatio fuit, admittentibus neminem, ut fama mortuum in Asiam perferret. Attalus quoque celerius quam dignum concordia fraterna erat credidit; nam et cum uxore fratris et praefecto arci tamquam iam haud dubius regni heres est locutus². rem indecentem admodum decenter narraſſe Livium olim monuit Mommsenus³. nam paullo apertius Diodorus: Ἄτταλος ἐπεπλάκη τῇ βασιλίσῃ προχειρότερον⁴, non ambigue Plutarchus: τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ Στρατονίκην ἔγημε καὶ συνῆλθεν⁵.

Eumenes redux cum a fratre depositis regis insignibus salutaretur ad aurem ei insurſasse dicitur: Μὴ σπεῦδε γῆμαι πρὶν τελευτήσανι ἴδης. 'quamquam enim dissimulare et tacite habere id patique statuerat, tamen in primo congressu non temperauit

¹ Meier, Pergamenisches Reich p. 57; Nissen, Kritische Untersuchungen p. 274; Meischke, Symbolae p. 27, alii.

² Livius XLII 16.

³ Hermes IX (1875) p. 118, 4.

⁴ XXIX 34.

⁵ de frat. am. c. 18 p. 489; cf. regum et imperatorum apophthegm. p. 184.

quin uxoris petendae praematuram festinationem fratri obiceret¹. clementiam regis iure admiratur Plutarchus. minus recte fortasse idem laudat Attali animum clementiae et beneficii memorem, cum regnum a fratre moriente cum uxore acceptum neglectis suis ipsius filiis fratris filio eum tradidisse putet. nam filius ille quin ex praematurato Attali et Stratonicae matrimonio ortus sit quis est qui dubitet? fratri ignouerat Eumenes, filium eius quod non agnovit nisi post quattuor fere aut plures etiam annos nemo uitio ei uertet.

Berolini.

F. Koepf.

Zu Juvenal.

Sat. VIII 185—194 :

consumptis opibus vocem, Damasippe, locasti
 sipario, clamosum ageres ut Phasma Catulli.
 Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
 iudice me dignus vera cruce. nec tamen ipsi
 ignoscas populo; populi frons durior huius,
 qui sedet et spectat triscurria patriciorum,
 planipedes audit Fabios, ridere potest qui
 Mamercorum alapas. quanti sua funera vendant
 quid refert? vendunt nullo cogente Nerone,
 nec dubitant celsi praetoris vendere ludis.

Den letzten dieser Verse tilgte Ruperti aus Gründen, deren Haltlosigkeit schon E. W. Weber genügend dargethan hat. Nichtsdestoweniger wird noch Heinrich von Ribbeck ein schwerer Vorwurf daraus gemacht, dass er hier Rupertis Nachweis zu wenig beachtet habe. Auch Weidner tilgte in der ersten Auflage den Vers, ebenfalls aus einem nicht stichhaltigen Grunde, ist aber in der zweiten Auflage davon zurückgekommen. In der That enthält der Vers eine für den Gedanken nicht unwesentliche Steigerung, die schon Weber richtig hervorgehoben hat, indem er bemerkt: maxima iis (verbis) vis inest et gradatio, quod se sponte sua, non coacti a Nerone praetoris . . . ludis venderunt, und ähnlich Bücheler in diesem Museum XXXV S. 395: hunc versum editores nunc expellunt, sed enervem reddunt poëtae orationem indignantis patricos non modo non coactos, nedum a Nerone, sed volentes ac lubentes inire scaenam. Gleichwohl gibt keine der bisherigen Erklärungen einen Sinn, welcher der Absicht des Dichters vollkommen entspräche. Madvig, dessen Deutung Mayor angenommen hat, fasst die Worte, wie auch ähnlich schon frühere Erklärer, folgendermassen auf: aptissime amplitudo praetoris in sella curuli sedentis significatur, ut eo acerbius foeditas nobilium hominum huic se inter vilem histrionum gregem offerentium notetur, und auch Weidner versteht die Stelle jetzt 'von dem auf erhabenen Sitze zuschauenden Prätor, dem Festgeber'. Ich will davon absehen, dass celsi von dem auf der sella curulis sitzenden Prätor ein sehr unbestimmter und daher undeutlicher Ausdruck ist (deutlicher jedenfalls ist praetoris lauti XIV 257),

¹ Livius l. c.